

4. b. t. neque auctori vel reo hoc in casu electio relinquitur *Jas. ad d. §. 4. n. 1.* vel cum *alternatione*, veluti promittis centum dare Capuæ aut Ephesi? *d. l. 2. §. 2.* Ubi sciendum I. quod *septem* à Dd. *alternativarum* stipulationum vel obligationum species enumerentur. Est enim quædam *alternativa rerum*, quando quis Stichum aut Pamphilum promittit *d. l. 2. §. 3. l. plerumq. 10. §. fin. d. jur. dot.* quædam *alternativa personarum* §. 7. d. l. 2. ut quando quis Ephesi sibi aut Titio dari stipulatus, quædam *alternativa temporis*, ut promitto in Calendas Martii, aut Junii, de quâ in *l. 109. l. 12. d. V. O. l. 43. §. fin. d. leg. 2.* quædam *alternativa locorum* *d. l. 2. §. 3. vers. quare*, quædam *alternativa locorum & rerum simul* *d. l. 2. §. 3. vers. proinde*, quædam *alternativa rerum, personarum, & locorum*, ut promittis mihi dare Stichum hîc Jenæ, aut Pamphilum Sempronio Lipsiæ, quædam *alternativa rerum, personarum, locorum & temporum*. *Jas. ad l. 2. b. t. II.* licet in *alternativa rerum*, quando adhuc utraque res superest, electio sit Rei, quam rem dare velit, *d. l. 10. §. fin. l. 2. §. 3. hîc* nisi sit aliud actum *l. ubi sit autem §. qui illud d. V. O. in alternativâ tamen locorum* electio creditoris erit, ubi reum convenire velit *d. l. 2. §. 3. vers. quare, & vers. proinde* ne relictâ debitori electione, ipse semper variaret, & si conveniretur in uno loco, diceret, se malle in alio loco conveniri, & sic per tales cuniculos & circuitus in ipsius esset potestate, an deberet, & obligationem, actionemque eluderet contra *d. l. 2. §. 3.* quod item in *mixta locorum & rerum* procedit, ut electio sit creditoris, quia cum habeat electionem locorum, in consequentiam etiam electionem rerum habebit *d. l. 2. §. 3. vers. proinde III.* Si stipulatus Ephesi aut Capuæ dari, vel Ephesi decem aut Capuæ hominem, & ita ex *alternatione locorum*, aut *mixta locorum nimirum & rerum* alibi, fortè Romæ, quàm Ephesi aut Capuæ experiri velit, id detractò altero loco, *i. e.* non factâ alterius loci, aut Capuæ, aut Ephesi mentione, facere non debet, ne reo auferat utilitatem loci *d. l. 2. §. 2. hîc* quare ita auctorem libellum formare oportet, ut dicat: Tu mihi debes solvere Ephesi, aut Capuæ, utrum volueris: & quia ad eum locorum non possum accedere, vel tu non accessisti, peto ut cogaris mihi solvere Romæ, Utilitas enim loci reo, quam habe-

B 2 ret,